



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLI. De tentatione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Super Quaestioni
quadagesima prima
articulum primum.

QVAESTIO XLI.

De tentatione Christi, in quatuor arti-
culos diuisa.

Titulus clarus,
In corpore
vna conclusio:
Christus tentari vo-
luit. Probat quadrupliciter. Vbi in
prima ratione conspi-
cere libet, quod vir-
tuosa contra nostras
tentationes tenta-
tio Christi fuit; ita
quod non solum
exemplo (quod ad
tertiam spectat ra-
tionem) sed effica-
cia auxilium nobis
contra tentationes
tentatus dominus co-
ferendo profuit: si-
cut mortuus nos co-
tra mortem muni-
uit. Modus autem quo
hoc confertur auxi-
lium, cum de effi-
cacia mortis eius in-
ferius tractabitur,
parebit: pro nunc
sufficiat, quod saltem
meritorie, tentatus
dominus opem con-
tulit nobis.

Opul. 60. ca.
25. prin.

In tertia autem
ratione percipere, quod
modus vincendi ten-
tationes est, recur-
sus ad diuinas scri-
pturas, & eadem ra-
tione ad sanctorum
exempla: hoc enim
dominus in sua pug-
na ac victoria do-
cur, dum sic pugna-
uit & vicit.

In responsione ad
primum circa noti-
tiam demonum de
Christo, duo sunt
videnda. Primum,
quid demones sci-
uerunt de Christo,
quod inferius tra-
ctabitur in quaestio-
ne de miraculis Chri-
sti. Secundum est,
quorsum ab Auctore
hic affertur noti-
tia habita a demo-
ne de Christo, cuius
Lucas meminit
cap. 4. cum manife-
ste pateat Euange-
listam loqui post v-
sa miracula, hic au-
tem est sermo ante
miracula; nam post
regressum a deserto,
cepit Christus pre-
dicare & miracula
facere.

Homil. 18. in
euang. non
logca prin.

Ad hoc dicitur,
quod coactus fuit
Auctor ex tentatio-
nis actu de incerti-
tudine notitiae de
Christo apud demo-
nes, loqui. Inierunt
autem verbum Lu-
cae euangelistae de
scientia demonum

DEINDE consideran-
dum est, de tentatio-
ne Christi.

Et circa hoc quar-
tur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fuerit conueniens
Christum tentari.

¶ Secundo, De loco tentatio-
nis.

¶ Tertio, De tempore.

¶ Quarto, de modo & ordine te-
ntationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit Christum
tentari.

AD PRIMVM sic procedi-
tur. Videtur, quod Christo
tentari non conueniebat. Tentare, n-
est experimentum sumere, quod
quidem non fit, nisi de re ignota:
sed virtus Christi erat nota etiam
demonibus: dicitur enim Luc. 4.
quod non sinebat demones lo-
qui, quia sciebant eum esse Christum.
ergo videtur quod non decue-
rit Christum tentari.

¶ 2. Prater Christum ad hoc vene-
rat, vt opera diaboli dissolueret, se-
cundum illud Ioannis, 3. In hoc appa-
ruit filius Dei, vt dissoluat ope-
ra diaboli. sed non est eiusdem dis-
soluere opera alicuius, & ea pati.
& ita videtur inconueniens
fuisse, quod Christus pateretur se
tentari a diabolo.

¶ 3. Praterea. Triplex est tentatio,
scilicet a carne, a mundo, & a dia-
bolo: sed Christus non fuit tenta-
tus nec a carne, nec a mundo. er-
go nec etiam debuit tentari a
diabolo.

SED CONTRA est, quod dicitur
Matth. 4. Ductus est Iesus a spiri-
tu in desertum, vt tentaretur a
diabolo.

RESPON. Dicendum, quod
Christus tentari voluit. Primo qui-
dem, vt nobis contra tentationes
auxiliu ferret. vnde Grego. * dicit
in homil. non erat indignum Re-
demptori nostro, quod tentari vo-
luit, qui venerat occidi: vt sic ten-
tationes nostras suis tentationi-
bus vinceret: sicut mortem nos-
tram, sua morte superauit. Se-
cundo, propter nostram caute-

Flam, vt nullus quantumcumque
Sanctus se estimet securum & im-
munem a tentatione. vnde & post
baptismum tentari voluit quia, si-
cut Hilarius dicit super Marthae.
¶ in sanctificatis maximè Diaboli
tentamenta crassantur: quia vi-
ctoria magis est ei exoptata de
sanctis vnde & Ecclesiastici secu-
do dicitur, Fili, accedens ad ser-
uitutem Dei, sta in iustitia, & ti-
more, & praepara animam tuam
ad tentationem. Tertio, propter
exemplum, vt scilicet nos instrue-
ret qualiter diaboli tentationes
vincamus. vnde Augustinus * dicit
in quarto de Trinita. quod
Christus diabolo se tentandum
praebuit, vt ad superadas tenta-
tiones eius mediator esset, non so-
lum per adiutorium, verum etiam
per exemplum. Quarto, vt no-
bis fiduciam de sua misericordia
largiretur. vnde dicitur Hebraeo-
rum quarto. Non habemus pon-
tificem, qui non possit compati
infirmatibus nostris, tentatum
autem per omnia, pro similitudine
absque peccato.

AD PRIMVM ergo dicen-
dum, quod sicut Augustinus * dicit
in 9. de Ciuitate Dei, Christus
tantum innotuit demonibus, quan-
tum voluit: non per id, quod est
vita aeterna, sed per quaedam tem-
poralia suae virtutis effecta, ex quibus
quandam coniecturam habe-
bant Christum esse filium Dei: sed
quia rursus in eo quaedam signa
humanae infirmitatis videbant,
non pro certo cognoscebant eum
esse filium Dei: & ideo eum tenta-
re voluit. Et hoc signatur Mat-
thaei. 4. vbi dicitur, quod post-
quam esuruit, accessit tentator ad
eum: quia vt Hilarius dicit, * ten-
tare Christum diabolus non fuisse
ausus, nisi in eo per esurie in-
firmitatem, quae sunt hominis, re-
cognosceret. & hoc etiam patet
ex ipso modo tentandi, cum dixit,
si filius Dei es, quod exponens
Ambrosius * dicit, quid sibi vult
talis sermone exorsus, nisi quia
cognosceret Dei filium esse ven-
turum, sed venisse per infirmita-
tem corporis non putabat.

AD SECVNDVM dicendum, quod
Christus venerat dissoluere ope-
ra diaboli, non potestate agen-
do, sed magis ab eo, & eius mem-
bris patiendo, vt sic diabolus vin-
ceret iustitia, non potestate, si-
cut Augustinus * dicit 13. de Tri-
nita. quod diabolus non potest
Dei, sed iustitia superandus fuit:

in principio predi-
cationis Christi: quo-
niam licet Lucas di-
cat illa verba: inter
narrandum de mira-
culis Christi, non ta-
men dicit, quod tunc
primo dixerunt
demonones illum esse
Christum. Et pro-
pterea illud Lucae
verbum, quod scie-
bat illum esse Chri-
stum, ad preteritum
tempus inculpabiliter
& rationabiliter
ab Auctore relatum
videtur. Viderunt
siquidem demones,
& quae ab angelis in
die natiuitatis Chri-
sti dicta sunt, & quae
a pastoribus gesta, &
quae a Magis duce-
stella, & quae a Si-
meone & Anna di-
cta sunt: & postea
Christi verba ad ma-
trem in templo de
Patre suo, & dicta
a Ioanne Baptista
de Christo. Ex quibus
facile erat cognos-
cere illum esse Chri-
stum absque ul-
terioribus miraculis:
collatione pre-
sertim facta cum
prophetis. Vnde vi-
sa tam longa in-
edia, & quod esuruit,
tentant nosse, si fi-
lius Dei esset.
¶ In responsione ad
tertium, dubium oc-
currit, an verum sit
omnem tentationem
ab intrinseco, esse
peccatum, videtur quod
non: quia naturalibus
non meremur: nec
demeremur: concupiscentia
autem carnis, & illius delectatio
naturalis est.
nullum ergo peccatum
est concupiscentia
aut delectio carnis.
¶ Et confirmatur, quod
certum est in Chri-
sto fuisse carnalem
delectationem secun-
dum gustum vel ta-
ctum, cum comede-
bat aut bibebat ali-
quod delectabile, pu-
ta bonum panem, bonum
vinum, &c. et
non ergo omnis de-
lectatio sensibilis est
peccatum.
¶ Ad hoc etiam, quod nul-
lus mens compos
dicit, quod omnis delectatio
est in carne, seu sensum
sit peccatum oportet
enim naturam
ipsam esse malam, si
delectatio naturalis
esset mala. Vnde
in statu innocen-
tiae fuisse delectationes
naturales absque
peccato illo, &

Et in Christo non est dubium, quod cum fatigatus ex itinere sedebat super puteum, quies illa erat delectabilis fessio corpori, & similiter panis suo sano palato erat suavis, & oculis lux solis amabilis, sic de aliis. Sed aliud est loqui de concupiscentia, & delectatione naturali, & aliud est loqui de concupiscentia, & delectatione aduersus spiritum: naturalia siquidem ut sic; non excedunt a re sua ratione, ut per hoc non tendunt aduersus spiritum: sed a ratione necesse est declinare, quae contra spiritum sunt. Quocirca concedendum est, quod nonnullum peccatum est, cum caro concupiscit aduersus spiritum ratione concupiscentiae, sed delectationis aliquid praeter rationem habentis, & non ratione naturalis appetitus aut delectationis. Tentatio autem ab intransfeco, quia aduersus spiritum est: non importat naturales motus absolute, sed praeter rationem.

Super Quaestiones quadraginta prima. Articulus secundus.

Tullus clarus. In corpore uera conclusio Christus commententer tentatus est in deserto: probatur tripliciter, primo, ratione solitudinis; secundum, ratione mysterii, ut scilicet hominem de mundo deserto liberaret; tertio ratione instructionis, ut scilicet doceretur ad meliora tentantibus diabolum inuidere. Omnia clara sunt.

In responsione ad certum perspicit diligenter euangelistas, & inueniunt manifeste signata esse haec, quae in litera recitantur de imaginario more & templo. Dicitur autem ad literam Christus tentatus in deserto, quia ibi incipit tentari, ubi & praeter tentatio consummata est.

Et ideo circa tetationem Christi A considerandum est, quid propria voluntate fecit, & quid a diabolo passus fuit: quod enim tentatori se offerret, fuit propriae voluntatis. unde dicitur Matthaeo 4. Ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo: quod Gregorius * intelligendum dicit de Spiritu sancto, ut scilicet illuc eum spiritus suus duceret, ubi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret: sed a diabolo passus est, ut assumeretur, vel supra pinnaculum templi, vel etiam in monte excelsum valde. Nec est mirum (ut Gregorius dicit) si se ab illo permisit in montem duci, qui se permisit a membris ipsius crucifigi. Intelligitur autem a diabolo assumptus, non quasi ex necessitate, sed quia (ut Origenes * dicit super Lucam) sequebatur eum ad tentationem, quasi athleta sponte procedens.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Apostolus dicit, Christus in omnibus tentari uoluit absque peccato. Tentatio autem quae est ab hoste, potest esse sine peccato: quia fit per solam exteriorum suggestionem. Tentatio autem quae est a carne, non potest esse sine peccato: quia huiusmodi tentatio fit per delectationem, & concupiscentiam. Et sicut Augustinus dicit, nonnullum peccatum est, quando caro concupiscit aduersus spiritum. Et ideo Christus tentari uoluit ab hoste, sed non a carne.

ARTICVLVS II.

Utrum Christus in deserto tentari debuerit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit tentari in deserto. Christus enim tentari uoluit propter exemplum nostrum, ut dictum est: * sed exemplum debet manifeste proponi illis, qui sunt per exemplum informandi, non ergo debuit in deserto tentari. Præterea Chrysostomus * dicit super Mattheum, quod tunc maxime instat diabolus ad tentandum, cum uiderit solitarios: unde & in principio mulierem tentauit, sine viro eam inueniens: & sic uideatur per hoc, quod in deserto iuit, ut tentaretur, quod tentationi se exposuit. cum ergo eius tentatio sit nostrum exemplum, uideatur quod etiam alij debeant se

ingerere ad tentationes suscipiendas: quod tamen uidetur esse periculosum, cum magis tentationum occasiones vitare debeamus.

Præterea Matthaeo quarto ponitur secunda Christi tentatio, qua diabolus Christum assumpsit in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi: quod quidem non erat in deserto. non ergo tentatus est solum in deserto.

SED CONTRA est, quod dicitur Marci primo, quod erat Iesus in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut dictum est * Christus propria voluntate se diabolo exhibuit, ad tentandum, sicut etiam propria voluntate membris eius se exhibuit ad occidendum, alioquin diabolus uenire ad eum non auderet. diabolus autem magis attentat aliquem, cum est solitarius: quia, ut dicitur Ecclesiastici quarto, si quisquam preualuerit contra unum, duo resistunt ei. & inde est, quod Christus in desertum exiuit, quasi ad campum certaminis, ut ibi a diabolo tentaretur. unde Ambrosius * dicit super Lucam, quod Christus agebatur in desertum consilio, ut diabolum prouocaret. nam nisi ille certasset, scilicet diabolus, non iste uicisset, id est Christus. Ad dicit autem & alias rationes, dicens hoc Christum fecisse mysterio, ut Adam de exilio liberaret, qui scilicet de paradiso in desertum eiectus est, & exemplo, ut ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus proponitur omnibus in exemplum per fidem, secundum illud Hebræorum 12. Aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorem Iesum. Fides autem (ut dicitur Romano 10.) est ex auditu, non autem ex uisu. Quinimmo Ioa. 20. dicitur, Beati qui non uiderunt & crediderunt. & ideo ad hoc, quod tentatio Christi esset nobis in exemplum, non oportuit quod ab hominibus uideretur, sed sufficiens fuit, quod hominibus narraretur.

AD SECVNDVM dicendum, quod duplex est tentationis occasio. Una quidem ex parte hominis, pura cum aliquis se peccato propinquum facit, occasiones peccandi non euitans. Et talis occasio tentationis est uitanda, sicut dictum est * Loth. Genes. 19. Ne steteris in omni regione circa Sodomam.

Alia uero tentationis occasio est ex parte diaboli, qui semper inuidet ad meliora tendentibus, ut Ambrosius dicit. Et talis tentationis occasio non est uitanda. Unde dicit Chrysostomus * super Mattheum, quod non solum Christus ductus est in desertum a Spiritu, sed omnes filii Dei habentes Spiritum sanctum: non enim sunt contenti sedere otiosi, sed Spiritus sanctus urget eos aliquod magnū apprehendere opus, quod est esse in deserto, quantum ad diabolum: quia non est ibi iniustitia, in qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum opus est desertum, quantum ad carnem & mundum: quia non secundum uoluntatem carnis, & mundi. Talem autem occasionem tentationis dare diabolo, non est periculosum, quia magis est auxilium Spiritus sancti, qui est perfecti operis actor, quam impugnatio diaboli inuidentia.

AD TERTIVM dicendum, quod quidam dicunt omnes tentationes factas fuisse in deserto: quorum quidam Tertia S. Thomae. § 3 dicunt.

art. preced. ad 2.

li. 4. in Luc. in tit. de ductu Iesu in desertum non longe a fine tom. 5.

art. preced. ad 2. & 2. 2. 98. artic. 4. ad 2.

Amb. lib. 4. in Luc. de ductu Iesu in desertum non procul a fine tom. 5. ho. mil. 5. in Mat. in opere imperfecto, in 3. pa. a prin. ca. 2.

dicunt, quod Christus ductus est in sanctam ciuitatem, non realiter, sed secundum imaginariam visionem: quidam autem dicunt, quod etiam ipsa ciuitas sancta, id est, Hierusalem, desertum dicitur: quia erat derelicta a Deo: sed hoc non est necessarium, quia Marcus dicit, quod solum in deserto tentabatur a diabolo: non autem dicit, quod solum in deserto.

¶ Super Questionis quadragesimae prima Articulum tertium.

ARTICVLVS III.

Utrum Christi tentatio debuerit esse post ieiunium.

Titulus clarus, In corpore vna conclusio: Conuenienter post ieiunium Christus tentari uoluit. Probat tripliciter. Omnia clara sunt.

q. praeced. art. 2.

Homi. 16. in euang. circa mcd.

In responsione ad secundum noli despicere expositione Bedae de tentationibus aliis ante illas tres nominatas: quoniam posuit saepe diabolus varias corporeas similitudines formare ad tentandum Christum; sicut legimus, quod ad tentandum Antonium transformauit.

In responsione ad tertium, habes duas responsiones. Alteram ex Ambrosio, quod diabolus recessit ulque ad tempus passionis per sua membra aperte pugna: alteram, quod per sua membra pugnando, rediit etiam tentans de tristitia, & odio proximorum: excitatio quippe tot aduersantium, & querentium eius mortem, tentatio erat Christi ad odium habendum illos, & contristandum de illis prosequentibus.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod Christi tentatio non debuerit esse post ieiunium. Dicitur enim supra, quod Christum non decebat conuersationis austeritas: sed maximae austeritatis fuisse videtur, quod quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nihil comederit: quia scilicet in illis diebus nullum omnino cibum sumpsit, ut Greg. * dicit, ergo non videtur, quod debuerit huiusmodi ieiunium tentationi praemittere.

¶ 2 Præterea. Mar. primo, dicitur, quod erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana: sed quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, ergo videtur, quod non post ieiunium, sed simul dum ieiunaret, sit tentatus a diabolo.

¶ 3 Præterea. Christus non legitur, nisi semel ieiunasse: sed non solum semel fuit tentatus a diabolo: dicitur enim Luc. 4. quod consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus, sicut ergo secundae tentationi non praemissit ieiunium, ita nec primae praemittere debuit.

SED CONTRA est, quod dicitur Matthæ. 4. Cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit & tunc accessit ad eum tentator.

RESPON. Dicendum, quod conuenienter Christus post ieiunium tentari uoluit. Primo quidem, propter exemplum: quia cum omnibus (sicut dicitur est *) imminet se contra tentationes tuere, per hoc quod ipse ante tentationem futuram ieiunauit docuit quod per ieiunium nos oportet contra tentationes armari, unde inter arma iustitiae Apostolus ieiunia connumerat, secundum ad Corinth. 6. Secundo, ut ostenderet, quod etiam ieiunantes diabolus aggreditur ad tentandum, sicut alios, qui bonis operibus vacant: & ideo sicut post baptismum, ita post ieiunium Christus tentatur, unde Chrysostomus * dicit super Matthæum, ut discas quam magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum, & quoniam post baptismum non lasciuia, sed ieiunio intendere oportet, ideo Christus ieiunauit, non ieiunio indigens, sed nos instruens. Tertio, quia post ieiunium secuta est esuries, quae dedit dia-

gr. 1. Hierus q.

Homi. 13. in Matthæ. pau lo post prin. tom. 2.

Fobolo audaciam eam aggrediendi, sicut dictum est. * Cum autem esuriit Dominus (ut Hilarius dicit super Matthæ. 4.) non fuit ex surreptione inediae, sed naturae suae hominem dereliquit: non enim erat a Deo diabolus: sed a carne vincendus, unde etiam ut Chrysostomus * dicit, non ultra processit in ieiunando, quam Moyses, & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Christum non decebat conuersatio austerioris vitae, ut se communem exhiberet illis, quibus praedicauit, nullus autem debet assumere praedicationis officium, nisi prius fuerit purgatus, & in virtute perfectus, sicut & de Christo dicitur, Actuum 1. quod coepit Iesus facere & docere: & ideo Christus statim post baptismum austeritatem vitae assumpsit, ut doceret post carnem edomitam, oportere alios ad praedicationis officium transire, secundum illud Apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis praedicauro, ipse reprobus efficiar.

AD SECUNDUM dicendum, quod verbum illud Marci, potest sic intelligi, quod erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus scilicet ieiunauit: quod autem dicitur, Et tentabatur a Satana, intelligendum est, non in illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, sed post illos, eo quod Matthæus dicit quod cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esuriit, ex quo sumpsit Tentator occasionem accedendi ad ipsum, unde & quod subditur, Et angeli ministrabant ei, consecutiuè intelligendum esse ostenditur, ex hoc, quod Matthæus quarto dicitur, Tunc reliquit eum diabolus, scilicet post tentationem, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei: quod vero interponit Mar. eratque cum bestiis, inducitur, secundum Chrysostomum * ad ostendendum quale erat desertum, quia scilicet erat inuium hominibus, & bestiis plenum. Tamen secundum expositionem Bedae * dominus tentabatur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: sed hoc intelligendum est non de illis tentationibus visibilibus, quas narrat Matthæus & Lucas, quae manifeste factae sunt post ieiunium: sed de quibusdam aliis impugnationibus, quas forte illo ieiunii tempore Christus est a diabolo passus.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Ambrosius * dicit super Lucam, recessit diabolus a Christo usque ad tempus. quia postea non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit, tempore scilicet passionis. Et tamen per illam impugnationem videbatur Christum tentare de tristitia, & odio proximorum: sicut in deserto de delectatione gulae, & contempitu Dei per idololatriam.

ARTICVLVS IIII.

Utrum fuerit conueniens ordo & modus tentationis Christi.

¶ Super Questionis quadragesimae prima Articulum quartum.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit conueniens tentationis modus & ordo. Tentatio enim diaboli ad peccandum inducit: sed si Christus subuenisset corporali fami, conuertendo lapides in panem,

Titulus de modo & ordine. Ordo ad ipsas tentationes iter se respicit, quae prima, quae secunda, quae tertia. Modus & ordo simul, ad singulas respiciunt tentationes, quo

quo ad modum proponendi, ordinemque deducendi ad intentionem.

In corpore sunt quatuor. Primo, in eo immuni modus acido tentationis ab hoste ponitur, & modus est per viam illusionis eorum, ad que homo est affectuosus, & in tentationibus incipit spirituales tentare, & inde ad grauiora, inde ad grauissima. Probatque doctrinam Gregor. Secundo, declaratur hac seruata in tentatione primi hominis. Tertio, applicatur hac ad tentationem Christi: & probatur inde ratio, & in primis dicitur, si filius Dei es, & in tertia, non. Quarto modus resistendi ponitur, & probatur, & ex honore humani generis, & ex hostis maiore periculo.

Circa has Christi tentationes aduertendum est, quod tentationes erant, & probationes ad peccatum, vt in litera exponitur, & explorationes deitatis in Christo, vt verba tentationis monstrant.

Si filius Dei es, ita quod in ordine ad filium Dei sunt explorationes, in ordine ad purum hominem inductiones sunt ad peccatum. Vtrouque autem modo sunt tentationes, vel deitatis cognoscenda, vel peccato poluendi. Vnde glossa Matth. 4. dicit, Sic tentat, vt exploret, quod veretur, sic exploret, vt tentando decipiat. Et rursus fuit elurium pane de lapidibus facto releuare, ut ex mutatione cognoscatur virtutem, & si panis homo esset, panis oblectamentum illuderet elurium patienti.

Et quia ut sunt suggestiones ad peccandum, in litera tractatur, expedit de eis loqui, vt sunt explorationes deitatis, memorans siquidem diabolus Trinitatis sibi ceterisque angelis reuelare per suum ang. calum, & inde coacte, credens Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnum esse Deum (sicut etiam Christiani damnati nunc credunt) cum audisset a Gabriel Archangelo. Filius Altissimi uocabitur, & in baptismo Christi, Hic est filius meus dilectus, vidensque Christum post ieiunium elurire, quod de deitate audierat, ex superbia ei in diabulum venit, ut glossa, ibidem dicit, & etiam quia filius Dei, non solum constabundantialiter, sed alio modo dici potuisset. Exploraturus autem deitatem Christi ab actu deitatis proprio, scilicet, Dixit, & facta sunt, inchoauit, Dic ut lapides isti panes fiant, ita quod non solum ex substantia facti, scilicet lapidis in panem mutatione, sed ex modo faciendi proprio soli Deo, deitatem exploraret, nec ex opere hoc modo tantum, sed ex ipso apposito in testificationem, quod filius Dei esset. Cogitabat enim, quod si pro testimonio, quod esset filius Dei, diceret Christus vt lapis fieret panis, aut fieret panis, aut non. Et si quidem fieret, iam explorata esset Christi deitas apud demonem, qui per spicabat suo intellectu, an lapis fuisset conuersus in panem vere, an apparetur, in solo imperio, an applicando actiua passiuus (vt magi coram Pharaone serpentes fecerunt) cum Deus non possit esse testis mendacii. Si autem non fieret, induxisset Christum ad peccatum, quo attentat facere miraculum sine necessitate, & non potuisset.

Et quoniam deus est eius exploratio, & deiecta suggestio inopinata via, s. per auctoritatem Scripturæ: ideo secundo tentat, explorando similiter & suggerendo, si filius Dei es, mitte te deorsum, apposita auctoritate scripturæ, ex quo videbat, quod

non peccasset: sicut non peccauit, cum panes multiplicauit (quod non fuit minus miraculum) vt turbæ esuriēti subueniret, ergo videtur quod nulla fuerit illa tētatō.

¶ 2 Præter. Nullus persuasor conuenienter suadet contrarium eius, quod intendit, sed diabolus statuens Christum supra pinnaculum templi, intendebat, eum de superbia seu vana gloria tentare, ergo modo conuenienter persuadeat ei, vt se mittat deorsum, quod est contrarium superbiæ, vel vanæ gloriæ, quæ semper querit ascendere.

¶ 3 Præter. Vna tentatio conueniens est, vt sit de vno peccato: sed in tentatione, quæ fuit in morte, duo peccata persuasit, scilicet cupiditatem, & idololatram, non ergo conueniens videtur fuisse tentationis modus.

¶ 4 Præter. Tentationes ad peccata ordinantur: sed septem sunt vitia capitalia, vt in secunda parte habitum est. non autem tentauit, nisi de tribus, scilicet gula, vana gloria & cupiditate, non ergo videtur sufficiens tentationis modus fuisse.

¶ 5 Præter. Post victoriam omnium vitiorum, remanet homini tentatio superbiæ vel vanæ gloriæ: quia superbia etiam bonis operibus insidiatur, vt perierat, sicut dicit Augustinus. Inconuenienter ergo Matth. vltimam ponit tentationem cupiditatis in monte, mediam autem inanis gloriæ in templo, præsertim cum Luc. ordinet eoduerso.

¶ 6 Præterea Hieronymus dicit super Matthæum, quod propositum Christi fuit diabolus humilitate vincere, non potestate, ergo non imperiosè & oburgando, cum repellere debuit, dicens, Vade retro Satana.

¶ 7 Præterea. Narratio euangelii videtur falsum continere, non enim videtur possibile, quod Christus supra pinnaculum templi statui potuerit, quin ab aliis videretur, neque aliquis mōs tam altus inuenitur, vt inde totus mundus inspicere possit, vt sic ex eo potuerint Christo omnia regna mundi ostēdi. inconuenienter ergo videtur descripta Christi tentatio.

SED CONTRA est, scriptura facta auctoritas.

RESPON. Dicendum, quod tentatio, quæ est ab hoste, fit per modum suggestionis, vt Greg. dicit: non autem eodem modo potest aliquid omnibus suggeri, sed vnicuique suggeritur aliquid ex his, circa quæ est affectus. Et ideo

A diabolus hominem spiritualem, non statim tētat de grauius peccatis: sed paulatim a leuioribus incipit, vt postmodum ad grauiora perducatur. vnde Greg. 3. Moral. exponēs illud Iob. 39. Procul odoratur bellum exhortationem dum cum & viulatum exercitus, dicit: Bene duces exhortari dicit sunt, exercitus viulare: quia prima vitia, decepta menti quasi sub quadam ratione se ingerunt, sed innumera, quæ sequuntur, dum hanc ad omnem infamiam pertrahūt, quasi bestiali clamore confundunt. Et hoc idem diabolus obferuauit in tentatione primi hominis: nam primo sollicitavit mentem primi hominis de ligni vititū esu, dicens Genes. 3. Cur præcepit vobis Deus, vt non comedere tis de omni ligno paradisi secundo, de inani gloria, cum dixit, Aperientur oculi vestri. tertio perduxit tentationem ad extremam superbiā, cum dixit, Eritis sicut dii, scientes bonum, & malum. Et hunc etiam tentandi ordinem seruauit in Christo. Nam primo tentauit ipsum de eo, quod appetunt quantumcumque spirituales vini, scilicet de sustentatione corporalis naturæ per cibum. secundo processit ad id, in quo spirituales viri quandoque deficiunt, vt scilicet aliqua ad ostentationem operentur, quod pertinet ad inanem gloriam: tertio perduxit tentationem ad id, quod iam non est spūaliū virorū, sed carnalium, vt diuitias, & gloriā mundi concupiscant, vsq; ad contemptum Dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit, Si filius Dei es, non autē in tertia, quæ non potest conuenire spiritualibus viris, qui sunt per adoptionē filij Dei, sicut duæ prime. His autem tentationibus Christus restitit testimonijs legis, non potestate virtutis, vt hoc ipso & plus hominem honoraret, & aduersarium plus puniret, cum hostis generis humani non quasi a Deo, sed quasi ab homine vinceretur, sicut dicit Leo Papa. *

B AD PRIMVM ergo dicendum, quod vt necessarijs ad sustentationem non est peccatum gula, sed quod ex desiderio huius sustentationis homo aliquid inordinatum faciat, ad vitium gulæ pertinere potest. Est autem inordinatum, quod aliquis, vbi potest recursus haberi ad humana subsidia, pro solo corpore sustentando, miraculose sibi cibum querere velit. Vnde & dñs filius Israel miraculose manna

Terria S. Thomæ.

lium, & Spiritum sanctum vnum esse Deum (sicut etiam Christiani damnati nunc credunt) cum audisset a Gabriel Archangelo. Filius Altissimi uocabitur, & in baptismo Christi, Hic est filius meus dilectus, vidensque Christum post ieiunium elurire, quod de deitate audierat, ex superbia ei in diabulum venit, ut glossa, ibidem dicit, & etiam quia filius Dei, non solum constabundantialiter, sed alio modo dici potuisset. Exploraturus autem deitatem Christi ab actu deitatis proprio, scilicet, Dixit, & facta sunt, inchoauit, Dic ut lapides isti panes fiant, ita quod non solum ex substantia facti, scilicet lapidis in panem mutatione, sed ex modo faciendi proprio soli Deo, deitatem exploraret, nec ex opere hoc modo tantum, sed ex ipso apposito in testificationem, quod filius Dei esset. Cogitabat enim, quod si pro testimonio, quod esset filius Dei, diceret Christus vt lapis fieret panis, aut fieret panis, aut non. Et si quidem fieret, iam explorata esset Christi deitas apud demonem, qui per spicabat suo intellectu, an lapis fuisset conuersus in panem vere, an apparetur, in solo imperio, an applicando actiua passiuus (vt magi coram Pharaone serpentes fecerunt) cum Deus non possit esse testis mendacii. Si autem non fieret, induxisset Christum ad peccatum, quo attentat facere miraculum sine necessitate, & non potuisset.

Et quoniam deus est eius exploratio, & deiecta suggestio inopinata via, s. per auctoritatem Scripturæ: ideo secundo tentat, explorando similiter & suggerendo, si filius Dei es, mitte te deorsum, apposita auctoritate scripturæ, ex quo videbat, quod

li. 31. Moral. c. 32. in prin.

In serm. 1. de quadra paulo auct. med.

S 4 quod

quod Christus Scripturae auctoritate vebatur. Similiter cogitas si id efficeret illatus ad testandum se filium Dei, exploratam fore illius deitatem: vt prope absque vlla necessitate, pro solo numi miracula in testimonium suae deitatis facientis. Si vero laederetur, iam peccatum haberet in anima, & in corpore, & inuentum esset, q non esset Dei filius.

Sed dominus auctoritate Scripturae omnem eius machinationem delusi: pp quod diabolus ad oculi explorandi modum se transtulit, proponedo apertissimi mala sub specie regni. Haec omnia tibi dabo si cadēs adoreris me. Hec enim quantum ex parte explorationis se tenet, non ea ratione proposuit, ut si filius Dei esset hoc faceret: sciebat. n. valde contrariari filio Dei hanc adorationem: sed ea ratione proposuit, ut si filius Dei esset, non ferret tam nefandam propositionem: sed responderet auctoritative; Ego debeo a te adorari, & tu praesumis suggerere, si cadens adoraueris me: & vel sic explorata ex eius ore haberet suam deitatem. Et propterea in tertia tentatione non proposuit, si filius Dei es sed in mente retinuit, quod si filius Dei es, auctoritative respellendo proposita manifestabis te filium Dei. Sed dominus increpationem eius, non omittens, ad scripturam, de Deo adorando, tacens de se ipso se consulit, & sic explorationem omnem delusi, & constantiam, inquantum homo, seruauit ex proposito totius mundi regno, non declinando ad quod iuggero illa, vt incitatio ad malum tendebat: sciebat enim, q regnandi gratia etiam religio uiolanda a mortalibus est credita.

Nec rationi consentaneum videtur, ut tentationes istae quas visibiliter apparet demon exercuit (vt collocationes manifestant) his solis verbis, quae Matth. euangelium narrat, fuerint contentae: sed multis essent fultae ornataeque verbis omnis ab euangelistis, substantialia tantum narrantibus. Circa rationem ordinis harum tentationum in litera ex Gregorio assignatam dubium occurrit: quia ratio illius ordinis, scilicet aut a leuioribus ad grauiora cognoscenda, tertio spiritualium locum habet, quando paulatim hostis vincit spirituales virum. Ex quo enim vicit in minoribus, tentat ad grauiora: sed ubi in

lib. 2. c. 17. in medio, c. 5.

lib. 4. in Luc. in tit. de 3. tentat. Christi, a med. 109. 5.

minoribus succubuit hostis, non patet sibi aditus ad maiora, & quia demon fuit in prima tentatione superatus a Christo, non videtur ad alias processisse ex ratione assignata.

Ad hoc dicitur, q ratio illius ordinis ad tentandum spirituales viros, non est solum praesupposito casu in prima tentatione, sed simpliciter & absolute: nempe si casus interuenient, clare patet ratio processus ad grauiora. Si vero casus non interueniat, nihilominus eadem ratione progredi debet tentatio: quia multi sunt qui in his quae minoris sunt culpe ex suo genere (vt peccata carnis) exhibent se constantiores, qui tamen in peccatis spiritualibus vt canis gloria debiles inueniuntur. Et rursum qui gloriam non affectant, ad obtinendum regnum mouentur, iuxta illud Iulii Caesaris. Si in futurum violandum est, regnum di gratia violandum est: Non dissonat ergo reddita ratio ordinis tentationis, ab ipsa Christi victoria.

In responsione ad primum, dubium occurrit, quoniam non recte videtur opinatum, quod si Christus miraculum fecisset, conuertendo lapidem in panem edendum a seipso, quod peccasset. Nam scriptum est, quod de facto miraculose completa tenone passus est, Angelis ministrantibus: hoc enim apparet, q sicut absque peccato miraculum fecit de ministerio angelorum, ita potuisset de conuersione lapidis in panem. Ad hoc dicitur, q aliud est loqui de Christo, & aliud loqui de puro homine. Nam de puro homine loquendo, verificatur, quod in litera dicitur, scilicet inordinatum esse, vt aliquis miraculose habere vellet, ubi ad humana subsidia recurrit potest haberi. Et ex hac communi ratione putant diabolus, quod Christus si purus homo esset, peccatum incurreret, ad miraculum recurrendo de conuersione lapidis in panem. Sed loquendo de Christo, qui est vniuersorum dominus, absque omni peccato poterat, & conuertendo lapidem in panem, & ministerio angelorum, & quouis alio sibi grato modo cibum habere.

Ad quartum dicendum, quod sicut Augustinus dicit in libro * de consensu Euang. incertum est quid prae factum sit, vtrum regna terrae prius demonstrata sint ei, & postea in pinnaculum templi locatus sit, an hoc prius, & illud postea, nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. Videtur autem Euangelistae diuersum ordinem tenuisse, quia quandoque ex inani gloria uenitur ad cupiditatem, quandoque econuertio.

Ad sextum dicendum, quod Christus cum passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolus, Si filius Dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec diabolum increpauit. Quando uero diabolus, Dei sibi vsurpauit honorem, dicens, Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, & exasperatus est, & repulit eum dicens, Vade Sathana: vt nos illius discamus exemplo, nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias nec usque ad auditum sufferre.

Ad septimum dicendum, quod sicut Chryostomus * dicit, diabolus sic Christum assuemebat in pinnaculum templi, vt ab omnibus uideretur: ipse autem, nesciente diabolo sic agebat, ut a nemine videretur. Quod autem dicit, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, non est intelligendum, quod videret ipsa regna, vel ciuitates

In responsione ad quintum miror, cur Augustinus dixerit incertum esse ordinem istarum tentationum, cum Lucas

lib. 2. c. 17. in medio, c. 5.

lib. 4. in Luc. in tit. de 3. tentat. Christi, a med. 109. 5.

lib. 4. in Luc. in tit. de 3. tentat. Christi, a med. 109. 5.

lib. 4. in Luc. in tit. de 3. tentat. Christi, a med. 109. 5.

ess. licet tertia apud
Martham, secundo
reciter, & secundam
ultimo referat, non
dicitur quae illarum
prior fuerit, & pie-
rea ex Luca nullus
istarum tentationum
ordo temporis habe-
tur. Mathias autem
expresse eorum ordi-
nem dicitur tempus
explicat, ubi dicit, tunc
assumpsit eu dia-
bolus in monte excel-
sellum. Cuius semel
dicitur, tunc, i. con-
suetudine prima tenta-
tione, assumpsit eu dia-
bolus in sancta ciui-
tatem, & postea sub-
dit, iterum assumpsit
in monte, aperte mo-
strans per ly iterum,
& secundo assumpsit
in monte, qui primo
assumpsit i sancta
ciuitate. Ac per hoc
patet, quod ordo rei ge-
neratim quod primo ten-
tationis fuit in deserto,
ad quod non est as-
sumptus a diabolo,
sed ductus est a Spi-
ritu sancto, ut tenta-
retur a diabolo: secun-
do tentatus supra tem-
plum, quo assumpsit
est a diabolo: & ter-
tio in monte excel-
so, quo iterum assum-
ptus est a diabolo: na-
li haec in monte pra-
cessit illam supra
templum, no dixisset
Mathias, iterum as-
sumpsit eum diabo-
lus in montem.
Cum autem audis
assumptum dominu
a diabolo, non intelli-
gas portatum super
dolum aut collum
diaboli, sed ductum
a diabolo. sic enim
etia Christus assump-
sit Petrum & Iacobum
& Ioannem in
monte, & transfigura-
tus est ante eos, ut
dicitur Matth. 17.

eorum, uel populos, uel aurum,
uel argentum: sed partes terrae,
in quibus unumquodque regnu
uel ciuitas posita est, diabolus
Christo digito demonstrabat,
& uniuscuiusque regni honores
& statum, uerbis exponebat. Vel
secundum * Orig. ostendit ei
quomodo ipse per diuersa uitia
regnabat in mundo.

QVAESTIO XLII.

De doctrina Christi, in quatuor ar-
ticulis diuisa.

DEINDE consideran-
dum est de doctrina
Christi.

ET CIRCA hoc quaeruntur
quatuor.

¶ Primo, Vtru Christus debuerit
praedicare solum iudaeis, an
etiam gentilibus.

¶ Secundo, Vtrum in sua praedi-
catione debuerit turbationem
iudaeorum uitare.

¶ Tertio, Vtrum debuerit praedi-
care publice, uel occulte.

¶ Quarto, Vtrum debuerit do-
cere solum uerbo, uel etiam
scripto.

¶ De tempore autem, quo do-
cere incepit, supra dictum est,
cum de baptismo eius ageretur.

ARTICVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit Christum in
iudaeis, & non gentibus praedicare.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur quod Christus non
solum iudaeis, sed etiam gentili-
bus debuerit praedicare. Dicitur
enim Isa. 49. Parum est, ut sis mi-
hi seruus ad suscitandas tribus
Israel, & facies Iacob conuerten-
das, dedi te in lucem gentium, ut
sis salus in ea usque ad extremu
terrae: sed lumen & salute Chri-
stus praebuit per suam doctrina,
ergo uideatur parum fuisse si so-
lum iudaeis & non gentilibus
praedicauit.

¶ 2 Præter. Sicut dicitur Matth. 7.
Erat docere eos sicut potestate
habes: sed maior potestas doctri-
nae ostenditur in instructione il-
lorum, qui penitus nihil audie-
runt, quales erant gentiles, unde
Apostolus dicit Rom. 15. Sic pra-
dicauit euan gelium, non ubi no-
minatus est Christus, ne super
alienum fundamentum aedifica-
rem, ergo multo magis Christus

A praedicare debuit gentibus, quam
iudaeis.

¶ 3 Præter. Vtilior est instructio
multorum, quam unius: sed Chri-
stus aliquos gentium instruxit:
sicut mulierem samaritanam, Io.
4. & Chananzam, Matth. 15. er-
go uidetur quod multo fortius
Christus debuerit multitudini
gentium praedicare.

SET, CONTRA est, quod Domi-
nus dicit Matt. 15. Non sum mis-
sus nisi ad oues, quae perierunt
domus Israel: sed Rom. 10. dicitur,
Quomodo praedicabit nisi
mittantur? ergo Christus non
debuit praedicare nisi iudaeis.

RESPON. Dicendum, quod con-
ueniens fuit praedicatione Chri-
sti, tam per ipsum quam per Apo-
stolos a principio solis iudaeis
exhiberi. Primo quidem, ut ostē-
deret per suum aduentum imple-
ri promissiones antiquitus factas
iudaeis, non autem gentilibus. Vnde
Apostolus dicit Rom. 15. Di-
co Christum Iesum ministrum
circumcisionis, id est, apo-
stolus & praedicatorum iudeo-
rum, propter veritatem Dei, ad
confirmandas promissiones pa-
trum. Secundo, ut eius aduentus
ostenderetur esse a Deo. Quae
a Deo sunt, ordinata sunt, ut dicitur Ro. 13. Hoc au-
tem debitus ordo exigebat, ut iudaeis, qui Deo erant
propinquiore per fidem & cultu unius Dei, prius
doctrina Christi proponeretur, & per eos transmi-
teretur ad gentes: sicut etiam in caelesti hierarchia,
per superiores angelos ad inferiores, diuina illumi-
nationes deueniunt, unde super illud Mar. 15. Non
sum missus nisi ad oues, qui perierunt domus Israel,
dicit Hier. * Non hoc dicit, quin & ad gentes mis-
sus sit: sed quod primum ad Israel missus est. Vnde
Isa. vlti. dicitur, Mittam ex eis, qui saluati fuerint, sci-
licet ex iudaeis, ad gentes, & annuntiabunt gloriam
meam gentibus. Tertio, ut iudaeis auferret calum-
niam materiam, unde super illud Matth. 10. In uia
gentium ne abieritis, dicit Hiero. * Oportebat pri-
mum aduentum Christi nuntiari iudaeis, ne iustam
haberent excusationem, dicentes, ideo se Domini
reiecit, quia ad gentes & Samaritanos, apostolos
miserit. Quarto, quia Christus per crucis uictoria,
meruit potestatem & dominium super gentes, Vnde
dicitur Apoc. 2. Qui uicerit dabo illi potestatem
sup gentes, sicut & ego accepi a patre meo, & Phil.
2. dicitur, quod quia factus est obediens usque ad
mortem crucis, Deus exaltauit illum, ut in nomine
Iesu omne genu flectatur, & omnis lingua ei confi-
teatur: & ideo ante passionem suam noluit gentibus
praedicari suam doctrinam: sed post passionem di-
xit discipulis, Mat. vlt. Etes docete omnes gentes.
Propter quod, ut legitur Ioan. 12. cum imminente
passione, quidam gentiles uellent Iesum uidere, re-
spondit, Nisi granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mor-
tuum fuerit, multum fructum affert. Et sicut Aug. *
dicit ibidem, se dicebat granum mortificandum in
infide.

dum auctoritatem in
modo loquens, se-
cundum rectitudinē
uitae: & adde quintū,
secundum excellen-
tiam doctrinae: & sex-
tum, secundum irre-
prehensibilitatem mo-
ralis uitae, quam do-
cuit: excellentiam do-
ctrinae eius, & mani-
festatio Trinitatis im-
perium (pater mani-
festauit nomen tuum
hominibus) & in ape-
riendo caelestia, de fe-
licitate caelesti, de re-
surrectione &c. pater.
Moralis autem ui-
tae Matt. 5. de actibus
excellētissimis uir-
tutum, qui beatitudi-
nes uocantur, & de
desiderabilibus ab ho-
mine in oratione do-
minica & de modo
uiuendi, talis tanquam
habetur, & deinde p
parabolas alioquin eua-
gelistas &c. ut expe-
riencia teste uideamus
Christi uita ple-
nam omnis boni mo-
ris, inimicam omni
uitio: nec in aliquo
culpabilem, in nullo
superstitiosam, i nul-
lo phantasticam, si se-
cundū Christi doctri-
nam instituta fuerit.

In illud uer-
bum Matth.
15. Non sum
missus rom. 9.

* In illud
Matt. 10. in
uiam genti-
um.

* Trac. 51. in
Ioan. circa
med. illius
tom. 9.

¶ Super Quaestio. 42.
Art. primum.

TITULUS clarus.
¶ In corpore v-
nica conclusio: Con-
ueniens fuit Christi
per se & Apostolos
in principio, hoc est
ipso mortaliter uiue-
te, solis iudaeis praedi-
care. Probatur qua-
duplitter. Omnia
clara sunt.
¶ In responsione ad
secundum, extende il-
la quatuor, penes que
potestas Christi i do-
cendo arceditur, i. se-
cundum miracula, se-
cundum efficaciam in
peruadendo, secun-